

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula VI. Quae sunt eadem, habent eadem accidentia vel ipsa sunt earundem rerum accidentia

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

ruptiones non separantur, colligit, ea idem esse, non loquitur de indentitate, qua aliquâ simpliciter & formaliter idem sunt. Expresse enim dicitur *ens & unum idem esse, αὐτὸν ἓν τὸ ἐν λόγῳ ὄντως ἓν*, sed non ut quæ unâ ratione declarentur. Certe ubicunque Aristoteles de ratione huius agit, ut *V. Met. c. VI. & Met. c. X. c. I. & V. eâ* per negationem divisionis quod scilicet unum sint, quæ divisa non sunt, declarat; at hæc non est ratio entis.

## REGULA VI.

*Quæ sunt eadem, habent eadem accidentia, vel ipsa sunt earundem rerum accidentia.*

Hospinianus *Lib. VII. de controu. Dial. eos* qui Paronyma, (de quibus Aristoteles in *Lib. Categoria*) eadem esse statuunt cum conjugatis, (quæ Aristoteles in *Top. αὐσινα* vocat) refellit per præsentem Regulam. Conjugata enim & Paronyma non habent eadem accidentia. Nam conjugatis accedit, quod sint abstracta; at id paronymis non accedit abstractum siquidem est ex numero conjugatorum, & sub conjugatis comprehenditur, at non comprehenditur sub paronymis: quis enim unquam audivit, abstractum esse paronymum? E. conjugata & paronyma non habent eadem accidentia. Sic genus & species non sunt eadem, quia multa possunt accidere generi, quæ non possunt

possunt  
li non  
menie  
sunt id  
sed & l  
tum in

Quæ  
ha

I.  
dental  
prædic  
& est a  
ut quæ  
dicent  
dicatur  
pliciter  
dicata  
ut quæ  
dem, e  
cerur,  
mâ id  
docet  
x. p. s.  
de no  
x. p. s.

pos.